

**BOLETIN OFICIAL**



DEL  
**Obispado de Osma.**

---

**SUMARIO.**

*Motu proprio* de Su Santidad acerca de los Protonotarios Apostólicos y otros que gozan de privilegios prelaticios.—Circular de Su Sra. Ilma. y Rvma. sobre el juego de la pelota en las paredes de las Iglesias.—Cuadro de honor de los alumnos que han obtenido nota de *Meritissimus* en los exámenes de fin de curso.—Crónica Diocesana: Santa Visita Pastoral.—Casos para las Conferencias del mes de Agosto.—Nombramiento de Arcipreste.—Aviso sobre actas del Concilio provincial de Burgos.

---

**PIVS PP. X.**

---

**MOTU PRÓPRIO**

---

DE PROTONOTARIIS APOSTOLICIS, PRAELATIS VREANIS,

ET ALIIS

QVI NONNULLIS PRIVILEGIIS PRAELATORUM PROPRIIS FRVVNTUR

Inter multiplices curas, quibus ob officium Nostrum apostoli-  
cum premimur, illa etiam imponitur, ut venerabilium Fratrum  
Nostrorum, qui episcopali charactere praefulgent, pontificales  
praerrogativas, uti par est, tueamur. Ipsi enim Apostolorum sunt  
Successores; de iis loquitur Cyprianus (*ep. 68 n. 8.*) dicens, *Episco-  
pum in Ecclesia esse et Ecclesiam in Episcopo;* nec ulla adunatur  
Ecclesia sine Episcopo suo, imo vero Spiritus ipse Sanctus posuit

*Episcopos regere Ecclesiam Dei (Act. XX, 38.) Quapropter Presbyteros superiores esse Episcopo, iure definit Tridentinum Concilium (Sess. XXIII, c, 7.) Et licet Nos, non tantum honoris, sed etiam iurisdictionis principatum supra caeteros Episcopos, et Christi dispositione, tamquam Petri Successores, geramus, nihilominus Fratres Nostri sunt Episcopi, et sacra Ordinatione pares Nostrum ergo est, illorum excelsae dignitati sedulo prospicere, eamque pro viribus coram christiano populo extollere.*

Ex quo praesertim Pontificalium usus per Decessores Nostros Romanos Pontifices aliquibus Praelatis, episcopali charactere non insignitis, concessus est, id saepe accidit, ut vel malo hominum ingenio, vel prava aut lata nimis interpraetatione, Ecclesiastica disciplina haud leve detrimentum ceperit, et episcopalis dignitas non parum iniuriae.

Quum vero de huiusmodi abusibus ad hanc Apostolicam Sedem Episcoporum querelae delatae sunt, non abnuerunt, Praedecessores Nostri iuste eorum postulationibus satisfacere, sive Apo t. Litteris, sive S. Rit. Congr. Decretis pluries ad rem editis. In id maxime intenderunt Benedictus XIV, per epst. S. R. Congr. d. d. xxxi Martii MDCCXLIV «*Smus. Dominus Noster,*» iterumque idem Benedictus, d. xvii Februarii MDCCLII «*In throno iustitiae;*» Pius VII, d. xiii Decembris MDCCCXVIII «*Cum innumeri,*» et rursus idem Pius, d. iv Iulii MDCCCXXIII «*Decet Romanos Pontifices;*» et Pius IX d. xxix Augusti MDCCCLXXII «*Apostolicae Sedis officium.*» E sacr. Rit. Congregatione memoranda in primis Decreta quae sequntur: de Praelatis Episcopo inferioribus, datum die xxvii mensis Septembris MDCLIX et ab Alexandro VII confirmatum; dein Decreta diei xxii Aprilis MDCLXXXIV de Canonicis Panormitanis; diei xxix Ianuarii MDCCLII de Canonicis Urbimatibus, diei xxvii Aprilis MDCCCXVIII de Protonotariis Titularibus, a Pio PP. VII approbatum; ac diei xxviii Augusti MDCCCXXII de Canonicis Barensibus.

Hisce tamen vel neglectis, vel ambitioso conatu, facili aufugio, amplificatis, hac nostra aetate saepe videre est Praelatos, immoderato insignium et praerogativarum usu, praesertim circa Pontificalia, viliores reddere dignitatem et honorem eorum, qui sunt revera Pontifices.

Quamobrem, ne antiquiora posthabeantur sapienter a Praedecessoribus Nostris edita documenta, quin imo. ut iis novum robur et efficacia adiiciatur, atque insuper praesentis aevi indoli

mos iuste geratur, sublatis omnibus consuetudinibus in contrarium, nec non amplioribus privilegiis, praerogativis, exemptionibus, indultis, concessionibus, a quibusvis personis, etiam speciali vel specialissima mentione dignis, nominatim, collective, quovis titulo et iure acquisitis, assertis, aut pretensis, etiam Praedecessorum Nostrorum et Apostolicae Sedis Constitutionibus, Decretis, aut Rescriptis, confirmatis, ac de quibus, ad hoc, ut infirmentur necesse sit peculiariter mentione fieri, exquisito voto aliquot virorum in canonico iure et liturgica scientia peritorum, reque mature perpensa, motu proprio, certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, declaramus, constituimus, praecipimus, ut in posterum, Praelati Episcopis inferiores aliique, de quibus infra qua tales, non alia insignia, privilegia, praerrogativas audeant sibi vindicare, nisi quae hoc in Nostro documento, Motu Proprio dato, continentur, eademque ratione ac forma, qua hic subiiciuntur.

#### A)=De Protonotariis Apostolicis

I.—Quatuor horum habeantur ordines:—I.<sup>o</sup> Protonotarii Apostolici de Numero Participantium, septem qui Collegium private constituunt;—II.<sup>o</sup> Protonotarii Apostolici Supranumerarii, III.<sup>o</sup> Protonotarii Apostolici ad instar Participantium;—IV.<sup>o</sup> Protonotarii Apostolici Titulares, seu honorarii (extra Urbem.)

#### I.—Protonotarii Apostolici de numero Participantium

2.—Privilegia, iura, praerogativas et exemptiones quibus, ex Summorum Pontificum indulgentia iamdudum gaudet Collegium Protonotariorum Apostolicorum de numero Participantium; in propriis Statutis nuperrime ab ipsomet Collegio iure reformatis inserta, libenter confirmamus, prout determinata inveniuntur in Apostolicis Documentis inibi citatis ac praesertim in Constituzione «*Quamvis peculiaris*» Pii Pp. IX, diei IX mensis februarii MDCCCLIII, paucis exceptis, quae, uti infra moderanda statuimus.

3.—Protonotarii Apostolici de numero Participantium habitu praelatitio rite utuntur, et alio, quem vocant *pianum* atque insignibus prout infra numeris 16, 17, 18 describuntur.

4.—Habitu quotidiano incidentes, caligas, collare et pileum ut ibidem n. 17 gestare poterunt, ac insuper Annulum gemmatum, quo semper iure utuntur, etiam in privatis Missis aliisque sacris functionibus.

5.—Quod vero circa usum Pontificalium insignium, Xystus V. in sua Constitutione «*Laudabilis Sedis Apostolicae sollicitudo*», diei vi mensis Februarii MDCLXXXVI, Protonotariis Participantibus concessit: «Mitra et quibuscumque aliis Pontificalibus insignibus, «etiam in Cathedralibus Ecclesiis, de illorum tamen Praesulum, «si praesentes sint, si vero absentes, absque illorum consensu, «etiam illis irrequisitis, extra curiam uti,» in obsequium praestantissimae Episcoporum dignitatis, temperandum censuimus, ut pro Pontificalibus, extra Urbem tantum agendis, iuxta S. R. C. declarationem quoad Episcopos extraneos vel Titulares, diei iv mensis decembris MCMIII ab Ordinario loci veniam semper exquirere teneantur, ac insuper consensum Praelati Ecclesiae exemptae, si in ea sit celebrandum.

6.—In Pontificalibus peragendis, semper eis inhibetur usus throni, pastoralis baculi et capae; item septimi candelabri super altari, et plurium Diaconorum assistentia; Faldistorio tantum utentur, apud quod sacras vestes assumere valeant. Pro concessis enim in citata Xysti V Constitutione, «quibuscumque allis pontificatus insignibus,» non esse sane intelligenda declaramus ea, quae ipsis Episcopis extra Dioecesim sunt interdicta. Loco *Dominus vobiscum* numquam, dicent *Pax vobis*: trinam benedictionem impertientur numquam, nec versus illi praemittent *Sit nomen Domini et Adiutorium*, sed in Missis tantum pontificalibus, Mitra cooperti, cantabunt formulam *Benedicat vos*, de more pupulo benedicentes: a qua benedictione abstinebunt, assistente Episcopo loci Ordinario, aut alio Praesule, qui ipsi Episcopo sit major, ad quem pertinet eam impertiri.

7.—Ad Ecclesiam accedentes, Pontificalia celebraturi, ab eaque recedentes, habitu praelatitio induiti, supra Mantelletum Crucem gestare possunt pectoralem, a qua alias, abstinebunt; et nisi privatim per aliam portam ingrediantur, ad fores Ecclesiae non excipientur ut Ordinarius loci sed a Caeremoniario ac duobus clericis, non tamen Canonicis seu Dignitatibus; seipso tantum aqua lustrali signabunt, tacto aspersorio illis porrecto. et per Ecclesiam procedentes populo numquam benedicent.

8.—Crux pectoralis, a Protonotariis Participantibus in pontificalibus functionibus adhibenda, aurea erit, cum unica gemma, pendens a funiculo serico *rubini* coloris commiato cum auro, et simili floculo retro ornato.

9.—Mitra in ipsorum Pontificalibus erit ex tela aurea (num-

quam tamen pretiosa) quae cum simplici alternari possit, iuxta Caerem. Episcop. (I- XVII, n. 2 et 3;) nec alia mitra nisi simplici diebus poenitentialibus et in exsequiis eis uti licebit. Pileolo nigri coloris sub Mitra dumtaxat uti poterunt.

10.—Romae et extra, si ad missam lectam cum aliqua solemnitate celebrandam accedant, habitu praelatitio induiti, preparationem et gratiarum actionem persolvere poterunt ante altare, in genuflexorio pulvinaribus tantum instructo, vestes sacras ab altari assumere, aliquem clericum *in Sacris* assistentem habere, ac duos inferiores ministros. Fas erit praeterea Canonem et Palmatoriam, Urceum et Pelvum cum Manutergio in lance adhibere. In aliis Missis lectis, a simplici Sacerdote ne differant; nisi in usu Palmatoriae. In Missis autem cum cantu, sed non pontificalibus, uti poterunt etiam Canone et Urceo cum Pelvi et lance ad Manutergium.

11.—Testimonium autem exhibere cupientes propensae voluntatis Nostrae in perinsignem hunc coetum, qui inter cetera praelatorum Collegia primus dicitur et est in romana Curia, Protonotariis Participantibus, qui a locorum Ordinariis sunt exempti, et ipsis Abbatibus praecedunt, facultatem facimus declarandi omnibus qui Missae ipsorum intererunt, ubivis celebranda, sive in oratoriis privatis, sive in altari portatili, per ejusdem Missae auditionem diei festi praecepto rite planeque satisfieri.

12.—Protonotarius Apostolicus de numero Participantum, qui ante decimum annum ab adepto Protonotariatu Collegium deseruerit, aut qui a decimo saltem discesserit. et per quinque alios, juxta Xysti V Constitutionem, iisdem privilegiis gavisus fuerit inter Protonotarios *ad instar* eo ipso erit adscriptus.

## II.—Protonotarii Apostolici Supranumerarii.

13.—Ad hunc Protonotariorum ordinem nemo tamquam privatas aggregabitur, sed iis tantum aditus fiet, qui canonicatu potiuntur in tribus Capitulis Urbis Patriarchialium, id est Lateranensis Ecclesiae, Vaticani ac Liberianae, itemque iis qui Dignitate aut canoniciatu potiuntur in Capitulis aliarum quarumdam extra Urbem ecclesiarum, quibus privilegia Protonotariorum *de numero* Apostolica Sedes concesserit, ubique fruenda. Qui enim aut in propria tantum ecclesia vel dioecesi titulo Protonotari aucti sunt aut nonnullis tantum Protonotariorum privilegiis fuerint honestes,

tati, neque secus habebuntur ac illi de quibus hoc in Nostro documenti nn. 80 at 81 erit sermo.

14.—Canonici omnes, etiam Honorarii tum Patriarchalium Urbis, tum aliarum ecclesiarum de quibus supra, tamquam singuli, insignibus et iuribus Protonotariorum ne fruantur, nec gaudent nomine et honore Praelatorum, nisi prius a Summo Pontifice inter Praelatos Domesticos per breve adscripti sint, et alia servaverint quae infra num. 34 dicuntur. Protonotarius autem *ad instar*, qui Canonicis eiusmodi accenseatur, eo ipso privilegia Protonotarii Supranumerarii acquiret.

15.—Protonotarii Apostolici Supranumerarii subjecti remanent proprio Ordinario, ad formam Concilii Tridentini (*Sess. 24, C. II,*) ac eorum beneficia extra Romanam Curiam vacantia Apostolicae Sedi minime reservantur.

16.—Habitum praelatitium gestare valent coloris violacei, in sacris functionibus, idest caligas, collare, talarem vestem cum cauda, nunquam tamen explicanda, neque in ipsis Pontificalibus celebrandis: sericam zonam cum duobus flocculis pariter sericis a laeva pendentibus, et Palliolum, seu mantelletum supra Rocchetum: insuper nigrum biretum flocculo ornatum coloris *rubini*: pileum item nigrum cum vitta serica, opere reticulato exornata, eiusdem *rubini* coloris, cuius coloris et serici erunt etiam ocelli globuli, exiguis torulus collum et anteriores extremitates vestis ac mantelleti exornans, eorum subsutum, itemque res flexus (*paramani*) in manicis (etiam Rocchetti.)

17.—Alio autem habitu uti poterunt, praelatorum proprio, vulgo *piano*, in Congregationibus, conventibus, solemnibus audentiis, ecclesiasticis et civilibus, idest caligis et collari violacei coloris, veste talari nigra cum ocellis globulis, torulo ac subsuto, ut supra, *rubini* coloris, serica zona violaceis, peamplio pallio talari item serico violaceo, non undulato, absque subsuto aut ornamentis quibusvis alterius coloris, ac pileo nigro cum chordulis et sericis flocculis *rubini* coloris. Communi habitu incedentes, caligas et collare violacei coloris ac pileum gestare poterunt, ut supra dicitur.

18.—Propriis insignibus seu stemmatibus imponere poterunt pileum cum lemniscis ac flocculis duodecim, sex hinc, sex inde pendentibus, eiusdem *rubini* coloris, sine Cruce vel Mitra.

19.—Habitum et insignia in choro Dignitates et Canonici Protonotarii gerent, prout Capitulo ab Apostolica Sede concessa

sunt; poterunt nihilominus veste tantum uti violacea praelatitia cum zoni su' choralibus insignibus, nisi tamen alia vestis tamquam insigne chorale sit adhibenda. Pro usu Rocchetti et Manteletti in choro attendatur, utrum haec sint speciali indulto permissa; alias eam Protonotarius, praelatitio habitu assistens, neque locum inter Canonicos tenebit, neque distributiones lucrabitur, quae sodalibus acresent.

20.—Cappam laneam violaceam, pellibus ermellini hiberno tempore, aestivo autem *rubini* coloris serico ornatam, induent in Capellis Pontificiis, in quibus locum non habebunt post Protonotarios Participantes. Ii vero Canonici Protonotarii qui Praelati non sunt, seu nomine tantum Protonotariorum, non vero omnibus iuribus gaudent, ut nn. 13 et 14 dictum est, in Cappellis locum non habebunt, neque ultra limites pontificiae concessionis habitu praelatitio et *piano*, de quibus nn. 16 et 17, uti umquam poterunt.

21.—Habitu praelatitio induti, clericis quibusvis, Presbyteris, Canonicis, Dignitatibus, etiam collegialiter unitis, atque Praelatis Ordinum Regularium, quibus Pontificalium privilegium non competit, antecedunt, minime vero Vicariis Generalibus vel Capitularibus, Abbatibus, et Canonicis Cathedralium collegialiter sumptis. Ad Crucem et ad Episcopum non genuflectent sed tantum sese inclinabunt; dupli ductu thurificabuntur: item si sacris vestibus induti functionibus in choro adsistant.

22.—Gaudent indulto Oratorii privati domi rurique, ab Ordinario loci visitandi atque approbandi, in quo, etiam solemnioribus diebus (exceptis Paschatis, Pentecostes, Assumptionis B. M. V., SS. Apostolorum Petri et Pauli, nec non loci Patroni principalis festis) celebrare ipsi Missam poterunt, vel alias Sacerdos in propriam, consanguineorum, affinium, familiarium et cohabitantium commoditatem, etiam ad praeceptum implendum. Privilegio autem altaris portatilis omnino carere se sciant.

23.—Lieet iisdem acta confidere de causis Beatificationis et Canonizationis Servorum Dei quo tamen privilegio uti non poterunt, si eo loci alter sit e Collegio Protonotariorum Participantium.

24.—Rite eliguntur in Conservatores Ordinum Regularium aliorumque piorum Institutorum, in Iudices Synodales, in Commissarios et Iudices Apostolicos etiam pro causis beneficialibus et ecclesiasticis. Item apud ipsos professionem Fidei recte emi-

ttunt qui ex officio ad eam adiguntur. Ut autem iuribus et praerogativis, hic et nūm. 23 expressis, frui possint Canonici Protoneotarii in S. Theologia aut in Iure Canonico doctorali laurea insigniti sint oportet.

25.—Extra Urbem, et impetrata venia Ordinarii loci, cui erit arbitrium eam tribuendi quoties et pro quibus Solemnitatibus voluerit, atque obtento etiam consensu Praelati ecclesiae exemptae, in qua forte celebrandum sit pontificali rite Missas et Vesperas aliasque sacras functiones peragere poterunt. Quod functiones attinet collegialiter, seu Capitulo praesente, celebrandas, a propriis Constitutionibus, de Ordinarii consensu, provideatur, iuxta Apostolica Documenta.

26.—Ad ecclesiam accedentes, Pontificalia celebraturi, ab eaque recedentes; habitu praelatitio induti, supra Mantelletum Crucem gestare possunt pectoralem (a qua alias abstinebunt:) et nisi privatim per aliam portam ingrediantur, ad fores ecclesiae non excipientur ut Ordinarius loci, sed a Caeremoniario et duobus clericis, non tamem a Canonicis seu Dignitatibus, seipsos tantum aqua lustrali signabunt, tacto aspersorio sibi porrecto, et per ecclesiam procedentes populo numquam benedicent.

27.—Pontificalia agent ad Faldistorium, sed vestes sacras in sacrario assument et deponent, quae in Missis erunt *a) Caligae et sandalia serica cum orae textu ex auro; b) Tunicella et Dalmatica; c) Crux pectoralis sine gemmis, e chordula serica rubini ex integro coloris pendens, auro non intertexta, simili floculo retro ornata; d) Chirothecae sericae, sine ullo opere phrygio, sed tantum orae textu auro distinctae; e) Annulus cum unica, gemma; f) Mitra ex serico albo, sine ullo opere phrygio, sed tantum cum orae tex<sup>t</sup>u ex auro, et cum aciniis similiter aureis, quae cum simplici ex lino alternari poterit; iuxta Caerem. Episcopor. (I, XVII, nn. 2 et 3;) haec vero simplex, diebus poenitentialibus et in exse- quiis una adhibebitur; g) Canon et Palmatoria, a qua abstinendum coram Ordinario seu maiori, h) Urceus et Pelvis cum Mactili in lance; i) Gremiale.*

28.—In Vesperis solemnibus (post quas benedictionem non importinentur) aliisque sacris functionibus pontificaliter celebrandis, Mitra, Cruce pectorali, Annulo utentur, ut supra. Pileolus nigri dumtaxat coloris, nonnisi sub mitra ab eis poterit adhiberi.

29.—In pontificalibus functionibus eisdem semper interdicitur usus throni pastoralis baculi et cappae: in Missis autem pontifica-

libus. septimo candelabro super altari non utentur, nec plurium Diaconorum assistentia; Praesbyterum assistentem pluviali induatum habere poterunt, non tamen coram Episcopo Ordinario aut alio Praesule, qui ipso Episcopo sit maior; intra Missam manus lavabunt ad Ps. *Lavabo* tantum. Loco *Dominus Vobiscum*, nunquam dicent *Pax vobis*; trinam benedictionem impertientur numquam, nec versus illi praemittent, *Sit nomen Domini et Adiutorium*, sed in Missis tantum pontificalibus, Mitra cooperti, cantabunt formulam *Benedicat vos*, de more populo benedicentes: a qua benedictione abstinebunt assistente Episcopo loci Ordinario aut alio Proesule, qui ipso Episcopo sit maior, cuius erit eam impetriri. Coram iisdem, in pontificalibus celebrantes, Mitra simplici solummodo utantur, et dum illi sacra sumunt paramenta, aut solium petunt vel ab eo recedunt, stent sine Mitra.

30.—De speciali commissione Ordinarii, Missam quoque pro defunctis pontificali ritu celebrare poterunt Protonotarii Supranumerarii, cum Absolutione in fine, Mitra linea utentes; nunquam tamen eamdem Absolutionem impetriri illis fas erit, post Missam ab alio celebratam; quod ius uni reservatur Episcopo loci Ordinario.

31.—Romae et extra, si ad Missam lectam cum aliqua solemnitate celebrandam accedant, habitu praelatitio induti, praeparationem et gratiarum actionem persolvere poterunt, ante altare in genuflexorio pulvinaribus tantum instructo, vestes sacras ab altari assumere (non tamen Crucem pectoralem et Annulum) aliquem clericum *in Sacris* assistentem habere ac duos inferiores ministros; Canonem et Palmatoriam, Urceum et Pelvum cum Manutergio in lance adhibere, sed ante *¶. Communio* manus ne lavent. In aliis Missis lectis a simplici Sacerdote ne differant, nisi in usu Palmatoriae: in Missis autem cum cantu, sed non pontificalibus, uti poterunt etiam Canone, Urceo cum Pelvi, ac lance ad Manutergium, nisi ex statutis vel consuetudine in propria ecclesia haec prohibeantur.

32.—Canonico Protonotario Apostolico Supranumerario Pontificalia peragere cum ornamentis ac ritu superius enunciatis fas non erit nisi infra terminos propriae dioecesis; extra autem, non nisi ornatu et ritu, prout Protonotariis *ad instar*, ut infra dicetur, concessum est.

33.—Cum tamen Canonicos trium Patriarchalium Urbis, ob earumdem praestantiam, aequum sit excellere privilegiis, eo vel

magis quod in Urbe, ob Summi Pontificis praesentiam, Pontificium privilegium exercere nequeunt, illis permittitur, ut in ecclesiis totius terrarum orbis impetrata Ordinariorum venia, ac Praesulum ecclesiarum, exemptarum consensu, Pontificalia agant cum ritu atque ornamentis nn. 27, 28 29 recensitis. Insuper, licet aliquis ex ipsis inter Praelatos nondum fuerit adscriptus, Palmatoria semper, etiam in privatis Missis uti poterit.

(Continuará.)

---

### CIRCULAR NÚM. 195.

No solamente por evitar desperfectos en los templos y los consiguientes perjuicios á las fábricas parroquiales, por cuyos intereses tanto importa mirar, particularmente en los tiempos actuales, sino por otras atendibles consideraciones que á nadie que discurre con buen criterio pueden ocultarse, no debiera jugarse á la pelota en las paredes de las Iglesias, aunque no estuviera expresamente prohibido por una disposición especial; pero esa disposición existe en nuestra Diócesis desde hace tiempo, está vigente, debe observarse y vemos con sentimiento que en algunos pueblos no se cumpla.

En su virtud, encargamos á los Sres. Cúras que por los medios que estén á su alcance y la prudencia les dicte procuren que no continue tal juego en las paredes de sus Iglesias respectivas si hubiera esa costumbre, recurriendo á los Sres. Alcaldes en caso necesario, como también podrán dirigirse á Nos si encontraran dificultades, para adoptar, como adoptariamos, las medidas que procediesen.

Burgo de Osma 10 de Julio de 1905.

† JOSE MARÍA, *Obispo de Osma.*

---

# Seminario Conciliar del Obispado de Osma

## CUADRO DE HONOR DEL AÑO ACACEMICO DE 1904-1905

Alumnos que han probado curso en los exámenes ordinarios con la calificación de MERITISSIMUS en alguna de las asignaturas.

### DERECHO CANÓNICO

Clase.	Decretales.
Tercer año.	
D. Agustín Ramperez Crespo .....	Interno. Meritissimus.
<b>Segundo año.</b>	
D. Pedro Arnaiz Arranz .....	Idem.
» Casimiro Saez Martín .....	Idem.
» Santiago Rebollar Sanz .....	Externo.
» Felipe Andrés Gonzalez .....	Idem.
» Esteban Guijarro Palomero .....	Idem.
<b>Primer año.</b>	
D. Eloy Marañón Domingo .....	Interno.
» Marcos Sanz García .....	Idem.

SAGRADA TEÓLOGÍA

Cuarto año.

Clase.	Teolog. Dogmat.	Teología Moral.
D. Marcelino Lenguas Pérez..... » Nicodemus Aguilar López..... » Venancio Sanz Adrados..... » Moises García Camarero..... » Saturnino del Pino García.....	Interno. Idem. Idem. Idem. Externo.	Meritissimus. Non praesentatus. Meritissimus. Meritus. Idem.
D. Angel Ruiz Gimenez..... » Pedro Sanz Aceña..... » Eduardo Marco Perez.....	Interno. Idem. Idem.	Meritissimus. Idem. Idem.
D. Isidoro Hernandez Aylagas..... » Vicente Nuñez Marqués.....	Idem. Externo.	Idem. Idem.
D. Anacleto Calvo Martin..... » Vicente Cerezo y Cerezo..... » Higinio Agra Hidalgo..... » Antonino Ruiz Gonzalo..... » Genaro Dalda Yagüe..... » Lorenzo Sanz y Sanz..... » Juan Carramíñana Dominguez.....	Interno. Idem. Idem. Idem. Idem. Idem. Externo.	Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Idem. Benemeritus. Meritissimus.

Tercer año.

Clase.	Teolog. Dogmat.	Teología Moral.
D. Angel Ruiz Gimenez..... » Pedro Sanz Aceña..... » Eduardo Marco Perez.....	Interno. Idem. Idem.	Meritissimus. Idem. Idem.
D. Isidoro Hernandez Aylagas..... » Vicente Nuñez Marqués.....	Idem. Externo.	Idem. Idem.
D. Anacleto Calvo Martin..... » Vicente Cerezo y Cerezo..... » Higinio Agra Hidalgo..... » Antonino Ruiz Gonzalo..... » Genaro Dalda Yagüe..... » Lorenzo Sanz y Sanz..... » Juan Carramíñana Dominguez.....	Interno. Idem. Idem. Idem. Idem. Idem. Externo.	Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Idem. Benemeritus. Meritissimus.

Clase.	Teolog. Dogmat.	Teología Moral.
D. Angel Ruiz Gimenez..... » Pedro Sanz Aceña..... » Eduardo Marco Perez.....	Interno. Idem. Idem.	Meritissimus. Idem. Idem.
D. Isidoro Hernandez Aylagas..... » Vicente Nuñez Marqués.....	Idem. Externo.	Idem. Idem.
D. Anacleto Calvo Martin..... » Vicente Cerezo y Cerezo..... » Higinio Agra Hidalgo..... » Antonino Ruiz Gonzalo..... » Genaro Dalda Yagüe..... » Lorenzo Sanz y Sanz..... » Juan Carramíñana Dominguez.....	Interno. Idem. Idem. Idem. Idem. Idem. Externo.	Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Idem. Benemeritus. Meritissimus.

Clase.	Teolog. Dogmat.	Teología Moral.
D. Angel Ruiz Gimenez..... » Pedro Sanz Aceña..... » Eduardo Marco Perez.....	Interno. Idem. Idem.	Meritissimus. Idem. Idem.
D. Isidoro Hernandez Aylagas..... » Vicente Nuñez Marqués.....	Idem. Externo.	Idem. Idem.
D. Anacleto Calvo Martin..... » Vicente Cerezo y Cerezo..... » Higinio Agra Hidalgo..... » Antonino Ruiz Gonzalo..... » Genaro Dalda Yagüe..... » Lorenzo Sanz y Sanz..... » Juan Carramíñana Dominguez.....	Interno. Idem. Idem. Idem. Idem. Idem. Externo.	Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Idem. Benemeritus. Meritissimus.

Sag Escritura.

Clase.	Teolog. Dogmat.	Teología Moral.
D. Angel Ruiz Gimenez..... » Pedro Sanz Aceña..... » Eduardo Marco Perez.....	Interno. Idem. Idem.	Meritissimus. Idem. Idem.
D. Isidoro Hernandez Aylagas..... » Vicente Nuñez Marqués.....	Idem. Externo.	Idem. Idem.
D. Anacleto Calvo Martin..... » Vicente Cerezo y Cerezo..... » Higinio Agra Hidalgo..... » Antonino Ruiz Gonzalo..... » Genaro Dalda Yagüe..... » Lorenzo Sanz y Sanz..... » Juan Carramíñana Dominguez.....	Interno. Idem. Idem. Idem. Idem. Idem. Externo.	Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Idem. Benemeritus. Meritissimus.

Historia Eccl.

Clase.	Teolog. Dogmat.	Teología Moral.
D. Angel Ruiz Gimenez..... » Pedro Sanz Aceña..... » Eduardo Marco Perez.....	Interno. Idem. Idem.	Meritissimus. Idem. Idem.
D. Isidoro Hernandez Aylagas..... » Vicente Nuñez Marqués.....	Idem. Externo.	Idem. Idem.
D. Anacleto Calvo Martin..... » Vicente Cerezo y Cerezo..... » Higinio Agra Hidalgo..... » Antonino Ruiz Gonzalo..... » Genaro Dalda Yagüe..... » Lorenzo Sanz y Sanz..... » Juan Carramíñana Dominguez.....	Interno. Idem. Idem. Idem. Idem. Idem. Externo.	Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Idem. Benemeritus. Meritissimus.

Hebreo.

Clase.	Teolog. Dogmat.	Teología Moral.
D. Angel Ruiz Gimenez..... » Pedro Sanz Aceña..... » Eduardo Marco Perez.....	Interno. Idem. Idem.	Meritissimus. Idem. Idem.
D. Isidoro Hernandez Aylagas..... » Vicente Nuñez Marqués.....	Idem. Externo.	Idem. Idem.
D. Anacleto Calvo Martin..... » Vicente Cerezo y Cerezo..... » Higinio Agra Hidalgo..... » Antonino Ruiz Gonzalo..... » Genaro Dalda Yagüe..... » Lorenzo Sanz y Sanz..... » Juan Carramíñana Dominguez.....	Interno. Idem. Idem. Idem. Idem. Idem. Externo.	Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Benemeritus. Meritissimus. Idem. Benemeritus. Meritissimus.

## FILOSOFÍA

		<b>Filosofía.</b>		<b>Propedeutica</b>		Griego tercer curso.	
<b>Tercer año.</b>		<b>Física.</b>		<b>Física.</b>			
		Etica y Derecho natural.	Hstoria de la Filosofia	Benemer.	Meritissimus.	Meritissimus.	
D.	Venancio Maezo Tutor . . . . .	Interno.	Meritissim	Meritissim	Idem.	Idem.	
	» Tirso de Pablo Gutierrez . . . . .	Externo.					
<b>Segundo año.</b>		<b>Metafísica.</b>		<b>Física y Química</b>		<b>Griego (2.º curso)</b>	
D.	Pablo Martinez Bartolomé . . . . .	Interno.	Meritissimus.	Benemeritus.	Meritissimus.	Meritissimus.	
	» Julio Aguilera Martinez . . . . .	Idem.	Idem.	Meritissimus.	Idem.	Idem.	
	» Alfredo Robles Maza . . . . .	Idem.	Idem.	Idem.	Idem.	Idem.	
	» Ursicino Ortiz Carazo . . . . .	Externo.	Idem.	Benemeritus.	Benemeritus.	Benemeritus.	
	» Jacinto Muñoz García . . . . .	Idem.	Idem.	Idem.	Idem.	Idem.	
<b>Primer año.</b>		<b>Log. y Ontolog.</b>		<b>Aritmética y Alg.</b>		<b>Griego (primer curso)</b>	
D.	Simón Ines López . . . . .	Interno.	Meritissimus.	Meritissimus.	Meritissimus.	Meritissimus.	
	» Felipe Gimenez y Gimenez . . . . .	Idem.	Idem.	Idem.	Idem.	Idem.	
<b>LATÍNIDAD Y HUMANIDADES</b>							
<b>Tercer año.</b>		<b>Latín (3.º curso)</b>		<b>Retórica y Poet.</b>		<b>Historia de España.</b>	
D.	Abilio Rica Cámaras . . . . .	Interno.	Meritissimus.	Latín (2.º curso)	Latín (2.º curso)	Hist. Universal.	Meritissimus.
<b>Segundo año.</b>		Externo.	Meritissimus.	Latín (1.º curso)	Latín (1.º curso)	Geografía.	Meritissimus.
D.	Policarpo de Pablo Gutierrez . . . . .			Internal.	Internal.		
<b>Primer año.</b>							
D.	Marcelino Hernando Perdiguero . . . . .						

Seminario Conciliar de Osma 20 de Junio de 1905.—V.º B.º El Rector, *Lic. Victor Fernando*.—El Secretario de Estudios, *Dr. Constancio Santa Olalla*.

# SANTA VISITA PASTORAL

El día 6 del actual regresó sin novedad nuestro Ilmo. y Reverendísimo Prelado á esta capital diocesana después de haber visitado el Arciprestazgo de Almajano. En todos los pueblos ha recibido Su Sra. Ilma. y Rvma. de parte de sus amados Sacerdotes, autoridades y fieles unánimes demostraciones de afecto y filial cariño, que sinceramente agradece, quedando muy complacido de la religiosidad que todos han manifestado al recibir á su Pastor y escuchar con devotísima atención su amorosa y Paternal palabra.

AGENDA IN COLLATIONE 6.<sup>a</sup> DIE 3 AUGUSTI ANNI 1905

QUAESTIO MORALIS

**Jurisdictio quid et quotplex? Est necessaria ad confessiones valide ac licite excipiendas et quare? Quibus competit ordinaria, potestne delegari et quandiu expirat? An liceat absolvere cum jurisdictione dubia vel probabili? An sufficiat jurisdictio vel approbatio praesumpta?**

## CASUS

Cornelius sacerdos, advertit sabatto sancto effluxisse tempus, pro quo fuerat approbatus ad confessiones audiendas: nuntium igitur mittit ad Ordinarium, cui notissimus et familiaris erat, prorogationem approbationis postulandi causa. Persuasum vero habens gratiam postulatam sibi certo concedendam esse, ut reipsa concessa fuit, excipit confessiones pluribus horis ante nuntii redditum. Alter vero confessarius ejus socius dubitare coepit, an tempus jurisdictionis sibi concessae expiraverit necne, quid dubium solvere minime poterat, quia litteras episcopales amisserat. Pergit tamen indubius confessiones audire et absolvere, hoc innixus principio: In jurisdictione dubia vel probabili certo supplet Ecclesia. Subinde vero, scrupulo motus, statuit a confessionibus abstinere, donec renovationem

obtinuerit; sed nunc enixe rogatus, plures adhuc absolvit poenitentes, nimirum, parochum die festo celebraturum et anxietate agitatum, mulierem item partu difficulti laborantem et a parocho abhorrentem, virum denique, cuius confessionem jam incooperat, et qui diutius in statu peccati mortalis absque maxima molestia perseverare non poterat. Quaeritur: An Cornelius bene ac recte se gesserit in primo casu? Quid de altero confessario, seu an valide ac licite in praedictis casibus absolverit?

QUAESTIO LITURGICA.

**Benedictio mulieris post partum quibus impertienda, ubi, a quo et qui ritus adhibendus? Estne munus parochiale et necessario adimplendum?**

AGENDA IN COLLATIONE 7.<sup>a</sup> DIE 17 AUGUSTI

QUAESTIO MORALIS.

**An et quando Ecclesia supleat jurisdictionem? An simplex sacerdos possit absolvere tam in articulo quam in periculo mortis, et quando hic adesse censeatur? Quid de approbatione et jurisdictione quoad Regulares et Moniales?**

CASUS

Dimas antea caenobita, deinde a religione apostata, falsis utens testimonialibus litteris, cum simplex esset sacerdos, ostendit se et concionatoris munus exercuisse et monialium excepisse confessiones. Obtinet ergo in Dioecesi quapiam haec eadem officia, et concionatoris scilicet et confessarii Monialium; verum in litteris facultatum haec clausula apponitur.—Si vera sint exposita et alibi idem munus exercuerit.—Demandatum sibi munus cum magno zelo et virtutis specie Dimas exercet; sed in excipiendis confessionibus puerorum, quae educationis causa in monasterio degabant, saepe commendabat matrimonii statum, et, ut gravissimum perpetuae castitatis votum et clausuræ

onus insinuabat. Id innotuit Abbatissae, sicut ejus quoque a religione apostasia; quare perterrita Doctum confessarium vocat, eique rem totam exponit ac querit: sub quibus conditionibus Ecclesia supleat jurisdictionem, quando poenitentes ejus defectum invincibiliter ignorant? An absolutiones a Dima impertitiae fuerint validae? Quid prudentiori ratione sit providendum in casu?

QUAESTIO LITURGICA

**Quid in genere venit nomine benedictionis? Quae de pracepto, quae vero ex convenientia sint benedicenda? Quotuplices benedictiones distinguntur, vel quomodo dividuntur?**

---

## NOMBRAMIENTO

Fundándola en su avanzada edad y delicada salud, ha presentado la renuncia del cargo de Arcipreste de Reznos el Párroco de Quiñonería, D. Agustín Alvarez, que lo ha desempeñado durante treinta años á satisfacción de sus Prelados, y para sucederle ha sido nombrado D. Tomás Casado, Párroco de Carabantes.

---

## AVISO

Se han recibido en esta Secretaría de Cámara los ejemplares del Concilio Provincial de Burgos y pueden los Sres. Curas mandar recoger el que se destina á sus respectivas parroquias, á cada una de las cuales se descontará por el Sr. Habilitado *dos pesetas*, que es su precio, y sellándolos con el de la Parroquia, se conservarán en el archivo de esta, pudiendo también adquirirlos particularmente cuantos en ello fuesen gustosos.